



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XXVI. Die Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## XXVI. DIE MAII.

P. NICOLAVS  
BVRI.

Belga Au-  
domati 26.  
Maij 1597.

Charitas.

**A**d pestiferos, adeoque ad mortem heroicam abiturus, generali confessione praemissa, vota coram socijs in Collegio instaurauit; veniam, & preces ab ijs non sine lachrymis enixa precatus. Taceo de illo alia, quae fere alijs ea in Sparta versantibus visitata, vel ab Alegambe in hec ribus ad annum 1597. c. 4. prescripta sunt. Vnum religioni duxerim omittere, quod ibidem hisce verbis prescribitur. Agrota mulier conducta habitabat in domo, morbus pestilentiae suspicionem fecit. Eius iussu, cuius erat Domus foras proiecitur misera sub dio, celo pluio, voluebatur in luto. Forte Pater cum digno comitatu sacram ferens agrotis Eucharistiam, illac transiit. Tum miserandæ rei motus aspectu, positâ decenter sacrâ pyxide; suis manib; fratre socio adiuuante, sublatam è luto reportat sub tectum. Erat Dominus dominus homo militaris, iracundo ingenio, ac præferoci, & per id tempus superuenit, atque in miseram agrotam, patremque furenter irascitur, omnium verborum acerbitate iubet illam ex portari confessim, cunctanti arrepto ferro minitur. Pater fiducia plenus nudat ueste ceruicem, paratusque magno animo ictum præstolatur potius, quam impium facinus admittat. Hic homini irato faces ardentiū admotæ, neque contumelij in homines, neque impijs in Deum vocibus, sacrilegique execrationibus temperare. Ea omnia placido animo exceptit, & rem sanè periculosam, sed Diuino crediderim im-

pulsu ausus est. Ut olim S. Bernardus aduersus Ducem Aquitaniæ, sacerdotum Christi profert corpus; Agnosce inter manus meas, inquit, conditorem tuum, eumdemque Redemptorem, & Iudicem supplex pronus venerare, tuaque impietatis, & in miseram hospitam crudelitatis ab hoc veniam precare. Ad aspectum venerandæ Eucharistie procubuere supplices, qui aderant; ipse miles pauore subito percusus abiecit se humi tremensque & à Deo & à circumfusa multitudine sui furoris magnâ animi demissione, veniam petit, totusque alium in virum mutatus, & miseræ hospitæ molestus esse desit, & nostrum Sacerdotem ingenti complexus est amore, atque ex eo tempore sacrosanctum Eucharistie Sacramentum mirâ pietate prosequi coepit.

P. IOANNES  
CORNELIUS COAD.

**N**obili familie, ac militari gloria speique istic se ostentanti humiles in Societate labores posthabuit eò ad infima quæque propensior, quo illa plus contemptionis habebant, & laboris. Ingenua quadam reverentia prosequebatur omnes, vicissim tenerè amatus ab omnibus per ipsos 20. annos Janitor Collegij, & modestia ornementum, calculo licet, aliisque doloribus apprimè afflictus, nil tamen sibi parcebatur, quin plagiis in se desequiret, ac horrido citio amictus cingulo quoque pungente se accingeret, seu domi seu foris versaretur. Mortis imminentis haud inconscius prædixit se ad festum corporis Christi migraturum.

N n 3

Italica Scris  
25. Maij 1617  
2 stat. 71.

Regula.

Præfam. Dicitur

Mors.

turum è vita quare ad mortem se componebat omni arte, industriâ, & omni genere apparationis, Vbi æger in valedicinariū deductus est, humili prostratus, terram exosculatus est, promptum se præbens ad omnem nurum Dei Domini vitæ, & mortis. Appetente horâ extremâ B. Ignatium, & cælites ad opitulandum accessiuit, & Alleluia canens ita mortem oppetiuit, ut in sociorum omnium ore admirabilis viri nomen, & suauem suæ virtutis memoriam, desideriumque reliquerit.

### ANTONIVS LOFFRE-DUS SCHOL.

Italus Neapol. 26. Maij 1619. xt. 36.  
Soc. 5.

INter ipsa Religionis ineundæ consilia, ab alio illustri viro ad singula-

re cerramen vocatus, cum famæ suæ id interesse putaret prodijt, & inimicum profligauit, sed iacenti, & veniam per Christi pro nobis mortui amorem flagitanti, pepercit, cuius facilitatis luculentum se à Deo pretium accepisse aiebat, quod ad Societatem fuisset admissus; in qua vixit ceu superstis inter nos adhuc B. Aloysij Felix effigies. Fama est, inquit annue. Antonium morti proximum elegansissimæ semitæ ad cælum usque procurrentis aspectu mirificè recreatum, in cuius meta S. P. Ignatius visus est ante Deiparam supplex, ab ea Societati vniuersæ vitæ morumque innocentiam efflagitare. Vixit Neapoli, quod ille Collegium lautâ 30. ferè milium aureorum beneficiâ, & singularis exempli præstantiâ cumulauit.

Charita.

Mors.

B. V.  
S. P. Ignat.

Conf. q.  
2 VI

Italus R.  
mz. 28.  
1564.

Morbis.

Patients.

Mors.

### XXVII. D I E M A I I.

### FRANCISCVS COELHO SCHOLAST.

Lusitanus  
Ebor. 27.  
Maij 1567.  
Soc. 8.  
B. s. dium  
projiciendi

Mors.

Hunc excelstate animi, crucis amore, obedientiæ efficacitate, piæ cum socijs consuetudinis exemplo mirabilè prædicant, qui cum eo fuere; adduntque nunquam in illo quicquam etiam leuis noxæ perspectum. In naturam verterat quasdam virtutum exercitationes quas alii existimabant humanis viribus intolerandas esse. Sic viuentem ex ipso Theologiae cursu abripuit mors illi minimè improvisa. Nam aliquot ante illam diebus, Georgio Sarrano Rectore, ac socijs audientibus, Franciscus velut à somno expergefactus; quis est, aiebat, is qui nunc mihi denunciabat me. 7. die Maij ad fruendum Deo

hinc abiturum? Prædictioni respondit mors: quā Franciscus illo ipso, quem tunc prædixerat, die immaculatum Spiritum ad fruendum Deo expirauit.

### P. I A C O B V S SEV DIDACVS, MONTERVS.

Antequam alij à lecto surgerent, Lusitanus  
duas, aut tres horas ille iam orabit. Combit  
Perpetua illi oratio, quotidiano, 27. Maij 59  
etiam per iter, flagello, cilicioque ar- zet. 7.  
mata. Pedes obibat Provinciam cum illi præcesset; nec tard sine viatico. Monif.  
Quotidie post meridiem per semihora- Gallus B.  
ram Sanctissimæ Eucharistiae myste- riji. 28.  
rio, aliam item semihoram Deipara Virginis dotibus expendendis dabat. Euchar.  
V.B. Con-